



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

2. Quis fuerit ille Arphaxat cuius fit mentio cap.1.v.1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

6. Phraortes	24	3. Sofarmus	30
7. Cyaxares	32	4. Artycas	30
8. Astyages	38	5. Deioeces	32
Summa	259	6. Aphradartes	51
E Graecis excerptis.		7. Cyaxares	32
1. Arbaces	28	8. Astyages. Sici dentur	35
2. Mandaucis	20		confergetur summa an. 258.

2. Cum autem suo loco probatum sit, Cyrum euerlo Astyage regnare coe-
 pisse anno 1. Olymp. 55. hoc est, ante Christi epocham 560. vel iuxta eam, quam
 probabilior existimo sententiam anno 559. facile est deducere ex Herodoti
 historia, Deioecem apud Medos regnum adijisse anno ante Chr. circiter 209.
 Phraortem 656. Cyaxarem 634. Astyagem 594. Ex sententia vero Ctesiae &
 Diodori, regnare coepit Deioeces anno ante Chr. fere 696. Phraortes 656.
 Cyaxares 634. Astyages 594. Ex Eusebij Chronico, initium principatus Deio-
 ecis inscribendum esset anno ante Chr. propè 707. Phraortis 653. Astyagis
 594. E Graecis excerptis Deioeces regnum iniisset anno ante Chr. 709. Phraortes
 677. Cyaxares 626. Astyages 594.

Quando
 singuli
 regnare
 coeperint.

QVÆSTIO II.

Quis fuerit iste Arphaxad.

Non fuit Arbaces Medorum princeps, quicquid velit Carion. Nam ut
 Diodorus lib. 2. & alij tradunt, Arbaces vicit Sardanapalum, & Niniuen
 expugnauit: hic autem Arphaxad à Nabuchodonosore rege Assyriorum qui
 habitabat in Niniue, superatus est, Iudith 1. v. 5. Arbaces ante Cyrum adeptus
 est principatum annis fere 317. ex Diodori & Ctesiae ratiocinijs, ex Eusebij &
 Gregorij Monachi circiter 258. multo autem tardius floruit Iuditha, & ipsi
 coeuius Eliacim summus sacerdos.

Non fuit
 Arbaces.

2. Hugo in hunc locum, & Bellarminus, tum in Chronologia, tum lib. 1. de
 verbo Dei, cap. 12. hunc Arphaxad Dioelem nominant, alij Deioecem Medo-
 rum regem, ut Petauus lib. 12. cap. 26. Salianus ad annum m. 3345. num 4. Hoc
 difficile est cum prophana historia conciliare: Deioeces etenim si Herodoti &
 Excerptorum Graecorum rationibus credimus, principatum iniit anno ante
 Chr. 709. si Diodori & Ctesiae computum accipimus anno ante Christi epo-
 cham 696. Hoc autè modo Hugonis doctrina sibi non constat, dum hoc cap.
 hic ait Nabuchodonosorem illum, qui hunc Arphaxadum vicit, fuisse Cam-
 bysen, cum dubium non sit, quin Deioeci, ordine successerint, Phraortes, Cy-
 axares, Astyages, Cyrus, Cambyses.

Non Deioe-
 ces.

Prob. 1.

3. Ex eorum autem sensu, qui sub Manasse Holofernem à Iuditha peremptum

Prob. 2.

ippi

ologia
 lamenti

V



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

adstruunt, vix apparet, quomodo hic Arphaxad idem fuerit, cum Deo do, cuius res gestæ, à priscis auctoribus celebrantur. Nam in primis num. 6. ait, Arphaxad ex facta Scriptura videri illo anno, hoc est, anno æram 709. occisum, quo Deioeces ex Herodoti, & Gregorij Morantatione, regni gubernacula suscepit: ex Eusebij verò, Ctesia, Diodorographia necdum regnabat. Hoc autem inde prouenit, quod Salutaris dieo Ierolymitano, vsque ad annum primum Monarchiæ Cypri, computet, quo interuallo non nisi 52. contineri, alibi probatum est.

Prob. 3.

4. Iuxta Bellarmini & Petauij opinionem, Manasses tam aliquot regnauerat, quando Deioeces apud Medos regnum adiit, & hunc regnum nasse fatentur. Hoc autem modo, vsque ad Iosiam regnasset Deioeces, men noster Arphaxad à Nabuchodonosore occisus videatur, postquam Iosernem sustulisset Iuditha, vt habet textus Græcus hic cap. 1. v. 1. dicit Serarius in hunc locum, q. 5. & concludit 1. Si Deioecus, inquit, tempore nassen inchoaretur, itemque Pharaonis, vel ceritè pauciores anni Deioeci inter hos, vltimumque Cyaxarem plures cum Ctesia collocarentur, coram fore Arphaxadum. 2. Vterlibet fuerit, eum vocatum Arbaxem, quod rō non assequor, quam ratione Deioeces ita Manasse percipere potest, vt longæ paci, quæ mottem Holofernis secuta est, locum daret, nem Iosie relinquatur, aut aliqui de annis qui Deioeci ante regnante, quis tribuuntur, spreta omnium priscorum auctoritate præferri.

Conclusio.

5. Probabilius esse puto sub Xerxe hanc historiam contigisse, quod hunc Arphaxadum fuisse tyrannum aliquem, aut regem, qui Ecbatane regnum restaurauerit, & suum dilatauerit principatum. Est Suidæ V. lib. 1. hanc sententiam Iulio Africano refert acceptam, Ribera in cap. 1. lib. 1. Hyllæ Tornielli ad an. m. 3573. & 3572. Quæ opinio hisce coniecturis probari suaderi potest. *Primò.* Regnante Xerxe, Pontifex Ierolymis erat, qui filius Iesu teste Iosepho, lib. 11. Antiq. capit. 5. qui etiam tacet, id est, temerè ex libris Esdræ colligi potest. Nam Eliasib Ioachimi successor, Sacerdos Magnus Nehem. 3. v. 1. nempe sub Artaxerxe Longimano, tempore genuit Ioachim, & Ioachim genuit Eliasib. Nehem. 12. vers. 10. Nec quin Iosue summo sacerdoti functus sit, sub Dario Hyllæ filio, quod tempore intermedio, nimirum Xerxe imperante, Summus Pontifex erat, qui filius Iosue, pater Eliasib, vt bene declarat Tornieillus ad an. m. 3573. mer. 3. nec video, quo iure id negari possit. 2. Stabili & durabili regni dazi sub Xerxe, & post Xerxem frui sunt, vt inter omnes pro coniectura tur. 3. Xerxis temporibus apprimè conueniant, quæ narrat Arphaxadum

P.
H. Phil

Siron
et. Jes

A
1
17

vers. 22. Et ante hos annos &c. exterminati sunt praelijs, à multis nationibus, & plurimi
 erant abducti sunt in terram non suam: nuper autem conuersi sunt ad Dominum Deum
 suum, ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt mon-
 tana hac omnia, & iterum possident Ierusalem, vbi sunt sancta eorum.
 Græcus habet, & habitauerunt in montana, quoniam erant deserta. Quæ
 si ad tempora Manassæ accommodentur, dicendum erit, eos qui
 tum in montanis, tum Ierosolymis habitabant, cum Manasse ab-
 ductos fuisse, & postliminio reuersos iterum Urbem possidisse, & ad
 montana, quæ deseruerant, rediisse, antequam Holofernes Bethu-
 lam obsideret. Mirum autem foret; huius tam notabilis Iudæo-
 rum dispersionis, nullum in libris Regum, aut Paralipomenis extare
 vestigium. In Græco Achior ait, eos non solum captiuitatis in-
 commoda subiuisse, sed & templum Dei ipsorum, inquit, fa-
 ctum est in pavementum, & ciuitates eorum captæ sunt ab aduer-

6. Ex quibus, sine temeritate in eam opinionem induci possumus, vt hunc
 Arphaxad, atque adeo ipsam Iudithæ historiam, non nisi post Iudæorum è
 captiuitate Babylonica reditum fuisse arbitremur. Quod autem hæc, non
 Cyri, non Cambysis, non vllius alterius regum Persarum temporibus conue-
 niant, præterquam Xerxis, infra disputabitur, q. 5. num. 5. & 6. Xerxe autem im-
 perante, tanta Iudæam incolebat populi multitudo, vt spe bona in Deum con-
 sperna. Holoferni sese opponere potuerit. Nam Cyrus initio sui imperij, in pa-
 triam remisit Iudæorum, quadraginta duo millia trecentos sexaginta, exceptu seruis eo-
 rum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem. i. Esdræ 2. v. 65. ex qui-
 bus sine dubio numerosa creuit soboles, per 50. & amplius annos, qui à reditu
 in Cyro, vsque ad 6. circiter annum Xerxis effluerunt. Anno deinde 2. Da-
 niel in Hythalpis, teste Iosepho illo lib. 11. cap. 4. redierunt pubertatem egresso-
 rum, quater mille millia & sexcenta viginti octo millia, ex tribu Iuda dun-
 azar & Beniamin, præter alia aliquot millia promiscuæ multitudinis pue-
 ritura, mulierum &c. quæ ibi numerat Iosephus. Et hi spatio 40. circi-
 tarum annorum prolem susceperant: quod Deus promiserat per Isaiam cap.
 2. vers. 2. Seminabo domum Israel, & domum Iuda. Et Baruch 2. vers. 34. Reuo-
 cabo eos in terram, quam iuravi patribus eorum Abraham, Isaac, & Iacob,
 & dominabuntur eis, & multiplicabo eos, & non minorabuntur. Nec improbable
 est, quod monet Ribera, Xerxe cum Græcis occupato, aliquarum nationum
 reges siue gubernatores, de imperio inter se dimicasse, cum tradat Iusti-
 nus lib. 3. Xerxem cum sæpe à Græcis victus esset, cepisse suis esse con-
 temptui. Potuit igitur fieri, vt Arphaxad in Media, Nabuchodonosor

Quando
 Iuditha
 floruerit.

ippi

ologia
 tamenti

V

in Assyria iugum absentis Imperatoris excutere, & vterque regnum
tare præsumeret, donec occiso Holoferne, eiusque copijs diffusis
Medos & Assyrios rursus ad officium compelleret, & longè propo-
cis fundamenta locaret.

IN CAP. I. v. 5.

Græcu-
lino conci-
liatur.

ANno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyrium, quibus
niue ciuitate magna, pugnavit contra Arpaxad, & obruit eum. Græci
v. 1. huius belli initium refert ad annum 12. Nabuchodonosoris, qui
tem anno 17. commissam tradit. Verum hæc ita accipi possunt, ut
regnandi initijs cõputentur anni, vel Latina editio Græcæ ante postquam
doquidem Latina singularem habet ab Ecclesiæ auctoritate præter-

QVÆSTIO III.

Quis iste Nabuchodonosor.

Non fuit
anerfor le-
rosolyma.

1. **N**ON fuit Magnus ille, qui capto Sedecia, Ierusalem evertit. Quia
Nabuchodonosoris annus 13. fere in 6. Sedecia omnium Iudeo-
rum fuit. Sedecia annus 13. huius Nabuchodonosoris, occisus est Holoferne
multorum annorum pace frui cœperunt. Quod Sedecia tempore
conuenit.

Neque
Nabopo-
lassar.

2. Neque Nabopolassar, siue Nabuchodonosor senior, est iste
disputamus, ob eandem ratione: quia Nabopolassar, Iosia tempore
vnde oriri non potuit pax illa diuturna, quæ à cæde Holofernis in-

Non Me-
rodach.

3. *Supponimus*, inquit Salianus an. m. 3344. n. 9. cum Bellarmus
Iuditham ad Manassem referat, hunc Nabuchodonosorem esse eundem
Babylonis. Huic dat ann. regni 52. cum Genebrardo, Gordono, Tur-
merio, Mercatore. Funccio item & Buntingo, & addit hunc esse Mo-
padum, eumque debellato Assarhaddone, Vrbe Nino, & Assyriam
potitum. Quod latius explicat ad an. m. 3333. num. 3 & 4. Probat
bylonium, quia nomen ipsum Nabuchodonosor, id præ se ferre videtur
de, quia eius principes dicuntur cepisse Manassen, & vinctum
compedibus duxisse Babylonem. 2. Paralip. 33. v. 11.

Non fuit
Merodach
prob. latius

4. Contra hanc opinionem occurrit mihi 1. annum primæ
padi esse 27. Nabonassari, & inijsse anno ante Christi epocham
omnes fatentur Chronographi, testibus etiam Astronomorum
Lunæ defectionem à Ptolemæo relatam, ac an. primo Marchi
scriptam, anno illo 711. representant. Annus autem 12. Marchi
ritur anno ante Christum 710. nec pluribus annis regnavit, ut

13.
H. Phil

Chron
vet. Jes.

A 1
17